cipes sacerdotum inludentes cum scribis & senioribus dicebant;
alios saluos fecit. se ipsum non potest saluum facere. Si rex
israhel est. descendat nunc de cruce & credimus ei; confidit
in deo. liberet nunc eum si uult. dixit enim quia filius dei sum;
mt cccxxxviiii / mr ccxviiii / l cccxxv. Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo. inpro
perabant ei; A sexta autem hora. tenebrae factae sunt mt cccxl / mr ccxx / l cccxxvi
super uniuersam terram. usque ad horam nonam;
mt cccxli / mr ccxxi Et circa horam nonam. clamauit ihs uoce magna dicens. HELI.
HELI. LEMASABACTANI. hoc est. ds meus. ds meus. ut quid
me dereliquisti. Quidam autem illic stantes & audientes.
mt cccxlii / mr ccxxii / l cccxxvii dicebant; heliam uocat iste; Et continuo currens unus ex
eis. acceptam spongiam impleuit aceto. & inposuit harundini
mt cccxliii / mr ccxxiii / l cccxxviii / i cciii & dabat ei bibere; Ceteri uero dicebant; sine. uideamus
an ueniat helias. liberans eum; Ihs autem iterum clamans
mt cccxliiii / mr ccxxiiii / l cccxxviii uoce magna. emisit spm; Et ecce uelum templi scissum
est in duas partes. a summo usq; deorsum; Et terra mota mt cccxlv / s
est. & petrae scissae sunt. & monumenta aperta sunt. &
multa corpora scorum qui dormierant. surrexerunt;
& exeuntes de monumentis post resurrectionem eius. uene
runt in scam ciuitatem. & apparuerunt multis;
mt cccxlvi / mr ccxxv / l cccxxix Centurio autem & qui cum eo erant custodientes ihm. uiso terrae
motu & his quae fiebant. timuerunt ualde dicentes; Vere
mt cccxlvii / mr ccxxvi di filius erat iste; Erant autem ibi mulieres multae a longe.
quae secutae erant ihm a galilea ministrantes ei; Inter quas
erat maria magdalenae & maria iacobi & ioseph mater.
mt cccxlviii / mr ccxxvii / l cccxxxi / i ccvi & mater filiorum zebedei; Cum sero autem factum esset
uenit quidam homo diues ab arimathia nomine ioseph. qui
& ipse discipulus erat ihu; hic accessit ad pilatum & petiit
corpus ihu; Tunc pilatus iussit reddi corpus.
mt cccxlviiii / mr ccxxviii / l cccxxxii Et accepto corpore ioseph. inuoluit illud in sindone munda